



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 87. Daniæ Regis sævitia in Senatores Suecos

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

Sæcul. XVI. tas aperiebant, & Provinciarum Rectores eidem obviam effusi, fidei Sacramento sese ei obstringebant, ac fideliores Stenonis amici, Ducis obitu sese a fidelitatis lege solutos rati, Regis clementiam exorabant, ipsaque urbs Stockholmia, quæ prius diu oppugnantium impetus sustinuit, nunc exspectata nequidem obsessione ditionem faciebat. Igitur Christina ab omnibus derelicta cum suis liberis in Moscoviam sese recepit, Christiernus vero, ut eo securius Suecis illuderet, petitam injuriarum oblivionem sine omni exceptione concessam promulgari jussit. Demum quartam Novembris, in quam dies Dominica incidat, inaugurationi suæ destinavit, qua peracta octo omnino dies equestribus excursionibus ad trajicieadum annulum institutis, pugnisque ludricis festive impendebantur, nec non cujuscunque conditionis personæ Regiis sumptibus alebantur, ac denique postrema solemnitatis die Senatores, ac Suecicæ coronæ Ministri sumptuoso convivio a Rege excipiebantur.

§. LXXXVII.

Daniæ Regis sævitia in Senatores Suecos.

Senatores impendentis periculi penitus ignari,

igeari, eorum ferme centum Regias e- Sacul. XVI.
 pulas nil mali suspicantes accesserunt: A.C. 1520.
 vix una conveniunt, ac confessim Rex
 prior cum illis ad præcipuam urbis Ec- *Meurhus*
 clesiam processit, sacro interfuturus, quod *hist. l. 3.*
 ibidem ob inaugurationis beneficium in *Olaus Magna*
 gratiarum actionem solemni ritu Deo cf. *in hist. Suec.*
l. 8. c. 39.
 ferebatur; ubi Christiernus tempore S.
 Communionis coram sanctissima Eucha-
 ristia juramento sese obstrinxit, se invio-
 lata fide Sueciæ Nationis privilegia tui-
 turum, ac præteritis omnino oblivioni
 datis nullaque immutatione facta, juxta
 patriæ leges regnum moderaturum. Post
 hæc Senatores, regnique Proceres, quot-
 quot erant præsentes, advocabat, ut fidei
 sacramentum una cum illis exsolvaret;
 quo præstito Rex omnium primus, ac
 denique ceteri omnes sacrosancto Chri-
 sti corpore pascebantur, ac paulo post
 cuncti eo, quo ex palatio discesserant, or-
 dine reversi, mensæ accumbunt, jamque
 cibi apponuntur, cum ecce! Rex neces-
 sitatis obtentu e mensa surgens ad cu-
 bile suum sese recipit, moxque horribilis
 auditur strepitus Danorum Officialium,
 quorum aliqui aditus obsidebant, alii stri-
 eto ense turmatim in convivii locum ir-
 rumpebant. Hoc facto Gustavus Trol-
 lis Upsallensis Archiepiscopus in medium
 procedens, adversus Stenonem defun-
 ctum Sueciæ Administratorem, & con-

N n 4 tra

Sæc. XVI. tra Senatores, quod ab eis dignitatem
 A.C. 1520. suam abdicare compulsus esset, judicii
 acta instrui, a Rege postulabat. Christiernus Londinensi Archiepiscopo, ejusque
 Suffraganeo Ottoniensi Episcopo, quibus Bullæ contra Administratorem, atque
 Senatum fulminatæ executio demandata erat, totam negotii summam
 commisit. Hi ergo accusatorum causam discutere incæperunt, verum Rex
 longiorem, quæ necessaria fuisset, moram
 pertæsus, nullo servato juris ordine,
 cunctos ad ferale pegma deduci, ac prælecta Pontificis Bulla (*) una omnes ultimo suppicio multari jussit.

Ergo Squragensis, & Stregnianus Episcopi, cunctique Senatores, unacum nonaginta quatuor Proceribus octavo post Regis coronationem die capite plectuntur; supremus vero Ordinis S. Joannis Hierosolymitani Prior, quod Patriæ suæ studio ceteris clarior esset, crudeliori destinatur suppicio. Igitur Cruci S.

Andreas

(*) Ex Spondano ad hunc ennum num. 7.
 atque ex aliis Scriptoribus addi debuisset, quod Rex in odium & vindictam repulsa antehac ab iis acceptæ, prætextu excommunicationis a Pontifice in eos decreta, cuius se Christiernus executorem profitebatur, cunctos e medio sufficerit.

Andreas affigitur, apertoque ventre ei- Sæcul. XVL
 dea vivo cor extrahitur. Postmodum A.C. 1520.
 occisorum cadavera in foro exponuntur,
 & capita lanceis infixa in circuitu collo-
 cantur, moxque milites accepto per quem-
 dam Officialem signo in plebem ad sup-
 plicii spectaculum accurrentem irruunt,
 ac plurimos crudelem in modum truci-
 dant; cum vero nonnulli mortem fuga
 declinarent, Rex altera die cunctis, qui
 ex civibus superstites essent, edicto pu-
 blico vitae gratiam annunciari, omnes
 tamen, quotquot se prodiderunt inaudi-
 ta prorsus sævitia jugulari præcepit;
 ne tamen crudelitatis in hac Metropoli
 exercitæ fama ad ceteras Provincias per-
 curreret, Stockolmiam circumcirca ex-
 cubiis firmari jussit. Deerant adhuc
 sex Episcopi, qui solemnis non in-
 tervenerant: hos ergo Rex ad Stockol-
 miæ portum accersivit, obtendens, gra-
 vissimi momenti negotium, quod illis com-
 municaret, se habere. Ast vix destina-
 tum colloquii locum ingressi, igne cir-
 cum posito Regis jussu combusti sunt.
 Tanta tamque inhumana sævitia qua-
 tuor Regni Ordines, Clerum, Nobles,
 cives, ac rusticos ad communem sedi-
 tionem concitabat, unde electo ex suis,
 qui eos duceret, omnes unanimi consen-
 su ad arma convolabant; quo comperto
 Rex Christiernus Stockolmia eodem
Olaus Magn.
lib. 7. c. 5.

N n 5 mense,

Suec. XVI mense, quo intraverat, excedens, fugam
 A C. 1520. arripuit, ac rursum in Gothiam Occiden-
 talem trajicere compulsus est, tandem in
 Daniam reversurus: nec tamen propterea
 cessavit in ipso quoque itinere suo passim
 ubique funesta relinquere specimen, non
 modo crudelitatis, sed etiam hæresis suæ,
 quam diutius occultare parum sollicitus
 erat. Expulso igitur Christierno Gusta-
 vus Eriscon, qui nuper a Dalecarliæ mon-
 tes auffugerat, a Suecis in Regni Guber-
 natorem acceptus est, sib cujus tamen
 Regimine Lutheri secta in Sueciam ir-
 replit.

§. LXXXVIII.

*Ulrici Hutteni Satyra adversus Papæ
 Bullam.*

Spond. ad
 ann. 1520. n. 1
Melch. Ad. in Franconia,
*vita Juris-
 cens.*
*Cochl. l.c. ad
 an. 1519.*

Inter Lutheri fautores haud infimus erat
 Ulricus de Hutten Nobilis Eques a
 pæ Constitutionem carmine ac soluta o-
 ratione Satyram, cui nomen *Triadis Ro-
 manæ* indidit, a se compositam in comi-
 tiis Augustanis divulgavit.

Aliud adhuc opusculum historicum
 in Germania edidit, ubi Pontifices Im-
 peratoribus semper obstitisse calumniatur,
 & ad calcem sui libelli refert, quod Ma-
 ximilianus a Leone X. deceptus hæc
 dixisset; „Salva veritate affirmare audeo,
 „ quod